Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



80 87

mediator est: ut morte intercedente in redēptionē
eōr prevaricationū que erant sub priore testamēto
repromissionē accipiant qui vocati sunt eterne he-
reditatis: in xpō iesu dño nro Gr. Exaudi me dñe de
inimicis meis doce me facere voluntatē tuā V. Liberator meus
dñe de gentibus iracundis ab insurgentibus in me exaltabis
me a viro iniquo eripies me Tractus Sepe expugnaverunt
me a iuventute mea Dicat nunc israel sepe expugnaverunt
me a iuventute mea Etenim non potuerunt mihi supra dorsum
meū fabricaverunt peccatores Prolongaverunt iniquitatem
suā dñs iustus cadet cervices peccatorū Secūdm Johannem
In illo t. Dicebat dñs iesus turbis iudeorum et prin-
cipibus sacerdotum Quis ex vobis arguet me de
peccato Si veritatem dico: quare vos non creditis mihi
Qui est ex deo: verba dei audit Propterea vos non au-
ditis: quia ex deo non estis Responderunt igitur iudei
et dixerunt ei Nonne bene dicimus nos: quia samarita-
nus es tu: et dēmonium habes Respondit iesus Ego
dēmonium non habeo: sed honorifico patrem meū: et vos
inhonoratis me Ego autem non quero gloriam meam.
est qui querat et iudicet Amen amen dico vobis.
Si quis sermonem meū seruauerit: morte non videbit
in eternū Dixerunt ergo iudei. Nunc cognouimus
quia dēmonium habes. Abraham mortuus est et p-
phete: et tu dicis: si quis sermonē meū seruauerit.
morte non gustabit in eternū Numquid tu maior
es patre nro abraham qui mortuus est Et phete
mortui sunt Quē te ipm facis Respondit iesus Si
ego glorifico me ipm: gloria mea nichil est Est pater
meus qui glorificat me: quē vos dicitis quia deus
noster est: et non cognouistis eū: ego autem nouī eū